

HERMANNVS TORRENTINVS.



Hermannus natione Germanus suo tempore
in arte Grammatica & Poëtarum doctrina
nulli secundus extitit. Itaq; cum uideret Gramma-
ticam omnium reliquarum artiū & disciplinarum
basim & fundamētum esse, sine quo reliqua omnia
facilē corruant, iuuentutem omnem ad huius artis
præcepta extimulauit. Scripsit etiam commenta-
ria in primā partem Doctrinalis Alexandri, cum
vocabulorum interpretatione. præterea commen-
tarios in Vergiliū bucolica & Georgica. Insuper o-
mnium primus Elucidariū Poëticum composuit.
quæ quidē omnia hinc inde typis euulgata , in stu-
diosorum manibus terūtur. Itaq; is suis lucubratio-
nibus commentariem patrīam (quantum eo tempore fieri potuit) egregiē apud
exterōs illustravit. Geſſ,in Bib.